 quidam ep̄s eccliam de vsuris & rapinis cō
 structam consecraret. vidit post altare dya
 bolum stantem in cathedra in habitu pon
 tificali. qui dixit ep̄o. Cessa eccliam cōsecrare
 ad meam enim iurisdictionem p̄tinet. cum
 sit ex vsuris & rapina facta. Ep̄o vero ce
 dero territis & inde fugientibus. dyabolus
 continuo ip̄am eccliam cum grandi strepitu
 destruxit. Rursus ecclia que p̄ questu cupidi
 tatis constructa est. consecranda non est. &
 cui dos sufficiens assignata non est. & in q̄
 paganus vel infidelis sepultus est. donec
 inde fuerit eiectus. & ecclia abrahā prius pa
 rietibus. vel tignis resculata. idem etiam
 est de excommunicato. Si vero mulier preg
 nans. illic sepulta sit. ea non eiecta poterit
 consecrari. licet partus baptizatus non sit.
 quanq̄ quidam aliter scripserunt sapiētes
 & p̄ etiam consecrari diebus dñicis & p̄ua
 tis. & plures ep̄i & plura altaria p̄nt simul
 ab eodem in vna ecclia cōsecrari. Tertio di
 cendum est q̄re ecclia dedirā & quidem p̄pter
 quinq̄ causas. Primo vt dyabolus & eius
 p̄ras inde penitē expellat. Vñ refert greg.
 in dyalogo. li. iij. c. xxx. Q̄ cum quedā ecclia
 arianorū fidelibus reddita consecraret. & re
 liquie sancti Sebastiani & beate agate illuc
 delate fuissent. p̄plus ibidem congregatus.
 porcū repente int̄ pedes huc illucq̄ discer
 rere senserit. qui fores ecclie repetens a nullo
 videri. potuit omnesq̄ in ammiracōz com
 mouit. qd̄ idcirco dñs oñdit. vt cunctis pa
 tēheret. vt de loco eodem immundus habi
 tator exiret. Sequenti aut̄ nocte magnē in
 eidem ecclie rēctis strepitus factus est. ac si
 in eis aliquis errando discurrēt. Secunda
 vero nocte grauior sonus increuit. Tercia
 q̄ nocte tantus strepitus insonuit. ac si oīs
 ecclia illa a fundamētis fuisset euersa. statiq̄
 recessit. nec vltē apud illam antiq̄ hostis
 inquietudo apparuit. Secundo. vt ad eam
 confugientes saluent. put legit in canone
 greg. Et ob hoc ioab in tabnaculū fugit.
 & altaris cornua apprehendit. Tercio vt ibi
 orōnes exaudiant. Vñ in orōne ad missam

dicit. Concede vt omnes qui huc de peccati
 oueniunt ex quacūq̄ tribulatione solacōis
 tue bñficia consequant. Sic etiam orauit sa
 lomon in templi dedicatione. put legit in
 iij. R. viij. c. Quarto vt ibi deo laudes sol
 uantur. prout sub ti. de ecclia dictū est. Qu
 to vt ibi sacramenta eccliaistica ministrēt.
 Vnde & ip̄a ecclia dicit tabnaculum. quasi
 taberna dei. in qua sacra diuina continentur
 & ministrant. Quarto dicendū est qualiter
 ecclia consecrat & quidem omnibus de ecclia
 eiectis solo dyacono ibi remanente. recluso
 ep̄us cum clero ante fores ecclie aquam non
 sine sale benedicit. & interim intrinsec̄ ar
 dent. xij. luminaria ante. xij. cruces in ecclie
 parietibus depictas. Postmodū vero clero
 & p̄lo in sequenti ter circumeundo eccliam
 exterius cum fastibulo p̄lopi parietes cum
 aqua iam benedicta aspgit. & qualibet vice
 ad ianuā ecclie veniens p̄cutit sup̄ liminare
 cū baculo pastorali dicens. Tollite portas
 p̄ncipes v̄ras. Dyaconus deintus rēdet
 Quis est iste rex glorie. Cui pontifex. Dñs
 for. n̄c. Tercia vero vice rebato hostio in
 dit̄ pontifex eccliam cum paucis ex ministris
 clero. & p̄lo foris manente dicens. Pax huic
 domui. & dicit letanias. Deīn in pauimēto
 fiat crux de cinere & sabulo. vbi literis gre
 cis & latinis totum scribit̄ alphabetum. &
 itēz aliam aquam sanctificat cum sale & ci
 nere & vino & altare consecrat. Deinde. xij
 cruces in parietibus depictas crismate inū
 git. Sane quecūq̄ hic visibili sunt deus
 p̄ inuisibilem virtutem in anima opat̄ que
 veri dei templum est. vbi fides facit funda
 mentum spes erigit. caritas consumat. Ip̄a
 enim ecclia catholica ex viuis lapidibz adu
 nata dei templum est. q̄ multa templa vnū
 templum. quo p̄ vnus est deus & vna fides
 Domus igitur dedicanda est ania sc̄ifican
 da. Et est notandū q̄ consecratio duo efficit.
 Nam ip̄am eccliam materialem deo a p̄riat
 & n̄am s̄q̄ tam ecclie q̄ fidelis anime despō
 sationem insinuat. domus namq̄ non cōse
 crata est. sicut puella viro alicui destinata
 non tū dotata nec matrimoniali cōmercio in
 vnione carnis vnita. Sed in consecratione
 dotata & transit in p̄pam. Ihu xpi sponsam.
 quam sacrilegium est p̄ adulteriū vltēz
 violari. desinit enim lupanar esse demonū.

icium ha
 p̄ses dño
 illud cū
 & vten
 ū. & non
 vep etiā
 niuit Le
 crisma
 li in de
 lomon q̄
 m̄plū cū
 n pagenō
 Nabucho
 satrapas
 cōz statue
 icat legit̄
 uibz dño
 p̄plicōibz
 tis locis
 illi qui
 ebant qn
 est & gra
 mpla dñs
 ornate
 vñ dñi
 & reli
 or en filibz
 felicitis p̄t
 m in s̄ria
 p̄maginēz
 atus eius
 ua exiuit.
 & infirmi
 vñ infir
 ter quod
 sunt. &
 erunt. &
 erent. cum
 p̄pter hoc
 fieri me
 recembris
 noie salua
 llo sang
 unc agit.
 p̄ pontifex
 erit p̄ma
 p̄ spualit̄
 is in gra
 potestis
 domū n̄c

ut patet in consecratione illius templi. qđ
 antea pantheon vocabat. **P**rimo itaq; di-
 cendum est de aque benedictione. sup quo
 dñs dixit. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua
 & spũsancto non intrabit in regnũ celorum
Aqua enim que lauandis corporib; idonea
 est. tantam diuinitus virtutẽ accipe meruit
 qđ sicut corpa lauat a sordibus. ita a anias
 mundat a peccatis. **M**anifestum quidẽ est.
 qđ hec aqua cuius asperhione ecclia cõsecrat
 baptismũ significat qđ quodammõ ipa ecclia
 baptizat. **I**pa vero ecclia illam vtig; eccliam
 designat. que in ea otinet. scz fidelium mul-
 titudinem. **V**nde etiam ecclia vocatur eo qđ
 eccliam contineat. continens viz p cõtento
Querendõ aut est quare huic aque sal admi-
 sceat. cum saluator nř de baptismo loquẽs.
 nullam de sale fecerit mentionem. non enĩ
 dixit **N**isi quis renatus fuerit ex aqua salsa
 vel sale mixta. vel aliquid huiusmodi. **S**ed
 dixit. **N**isi quis renat; fuerit ex aqua & spi-
 ritusancto. **E**t idipm de oleo & crismate
 queri p̄t. **S**ed notandõ qđ sal in diuino eloqo
 sepe p sapientia ponit. iux illud **S**ermo vř
 sit ale conditus. **E**t dñs inquit discipulis.
Dabete sal in vobis a pacẽ int vos. **I**tẽq;
 vos estis sal terre. qđ si sal infatuatũ fuerit
 in quo condiet. **D**inc etiam est qđ fm legẽ
 nulla hostia sine sale offerebat. sed in omni
 sacrificio ponebat. **E**x quibus omnibus cõ-
 uincit qđ sal p sapientia ponit. **E**st enim sa-
 pientia condimentũ oĩm virtutũ. sicut sal
 oĩm ciboz. **D**inc ergo est qđ null; baptizat
 priusq; sale cibeť. etiam infantes. vt quod-
 adu habere non pnt. habeant saltem signa-
 tione sacramenti. nec sine sale bñdicat aqua
De alteri aque bñdictione in sequenti trac-
 tatu dicet. **T**rina aut interius & exterius.
 cum p̄sopo ex aqua bñdita asperhio. trinaz
 baptizandi immersionẽ significat. a fit pp̄
 tria. **P**rimo ppter demonũ expulsiõẽ. nam
 aqua bñdita pprie de sui virtute habet de-
 mones expellere. **V**nde in exorcismo ei; dicit
 vt fiat aqua exorcizata ad effugandaz oĩm
 inimici p̄tatem & ipm inimicũ eradica re. **S**c̄
Secundo ppter ipsius ecclie purgationẽ. &
 expirationẽ. oĩa nang; hec terrena pp̄ p̄c̄m
 corrupta sunt & fedata. **D**inc etiam est qđ in
 lege omnia pena mundabant p aquã. **T**er-
 tio ppter remouendã omnem maledictionẽ

& introducendã bñdictionẽ. terra enim ab
 initio cum fructu suo maledictionẽ accepit
 eo qđ ex ei; fructu deceptio facta fuit. **A**qua
 vero nulli maledictioni subiacuit. **D**inc est
 qđ dñs piscem comedit. h carnem non legiẽ
 nominatim comedis. nisi de agno pascale.
 & hoc ppter legis p̄ceptum in exemplum scz
 abstinenti aliqñ a licitis. a aliqñ eadem co-
 medendi. **R**ursus asperhio in circuitu sc̄a
 signat. qđ dñs curam suoz hñs mittit ange-
 lum suũ in circuitu timentiu se. **T**ercia vo-
 rñsoria que interim decantant est hilaritas
 trium ordinum fidem susipientiu. scz noe
 daniel. a iob. **E**t qm ad hanc inuocationẽ
 grã fidei spei. & caritatis infundit. ideo ad
 pedem. & ad medium. & partem pitis supi-
 orem aspergit. **D**e interiori etiam asphione
 iam dicet. **D**e virtute p̄sopi in se. ti. dicetur
Triplex vero circuitus quem ep̄s asper-
 gendo facit triplicem circuitũ que xp̄s fecit
 ppter ecclie sanctificationẽ designat. **P**rimũ
 fuit quo venit de celo in m̄dm. **S**ecundus
 quo de m̄do descendit in limbum. **T**ercius
 quo de limbo rediens a resurgens ascendit
 in celum. **T**riplex qđ circuitus oñdit qđ ecclia
 illa ad honorem trinitatis dedicat. **O**ñdit
 etiam triplicem statum saluandoz de ecclia.
 qui sunt virgines. continentes. & coniugati.
 quod etiam dispositio ipsius ecclie material
 oñdit. put sub ti. de ecclia dictum est. **P**or-
 trina ad supliminare ostij pcussio signat tri-
 plex ius qđ xp̄us habet in ecclia sua. pp̄ qđ
 sibi debet aperiri. **E**st enim sua creatioẽ re-
 demptione a glorificationis p̄missione. nã
 pontifex xp̄m. virga ei; p̄tatem figa t. **R**ur-
 sus p triplicem pcussionem ianue cũ virga
 pastorali. p̄dicatio euangelica intelligitur.
Quid enim est virga pastorali. nisi sermo
 diuinus. iux illud p̄saie. **P**ercuciet terraz v̄
 ga. a sermone oris sui. **V**irga igit ianuas
 percutẽ est aures audientum predicationis
 voce pulsare. **A**ures enim porte sunt per q̄s
 ad corda audientium sancte p̄dicacõis ver-
 ba introducim;. **v**nde ps̄. **Q**ui exaltas me
 de portis mortis. vt annuncie omnes lau-
 des tuas in portis filie sion. **Q**uid enĩ sunt
 porte filie sion. nisi aures & auditus fideiũ
Tercio triplex cum virga pcussio. a ianuar
 aperitio. significat qđ per p̄dicacõz pastoz
 infidelis veniet ad fidei consensũ. **P**er illam

enim porte iusticie aperiantur. & illas in
gressi fidem confitentur. unde psalmus. **A**p
perite mihi portas iusticie. & ingressus in
eas confitebor dño. **H**ec porta dñi iusti in
bunt p eam. **P**ercutit igitur epus in suplemi
nari. sciz rōnis dicens. **S**upple o vos pñci
pes. i. demones. seu potius hoies. tollite. i.
auferte portas. i. ignorantia. vras. i. a cordi
bus vris. **I**nterrogatio vō dyaconi inclusi
rñdētis in persona ppli. **Q**uis est iste rex
glorie. est ignorantia ppli nescientis. quis ē
qui debet intrare. **A**ppertio hosty euacuacō
est peccati. **R**ecte ergo epus ter pcutit q nū
iste notissimus & sacratissim⁹ est. & in emi
dedicatione epus ter ianuas pcutē debet. q
sine inuocacōe trinitatis nullum fit in ecclia
sacramentū. **T**rima vero pclamatio tollite
por. i. significat triplicem xpi pñatem. viz
quā habet in celo. in mōdo & in inferno. vñ
in pñmo ascensionis dicit. **V**t trina rerum
machina celestium terrestriū & infernoꝝ cō
dita flectant genu iam subdita. **C**onsequen
ter ostio apperto intrat epus. ad notand⁹. q
si debite orat⁹ officio suo nil ei resistē pñ. iux
illud. **D**ñe quis resistet potentatui tuo. **I**n
greditur aut cum duobus vel tribus. vt in
ore duoz vel trium testium stet omne conse
crationis verbū. **V**el q paucis pñtib⁹ dñs
transfigurans p ecclia. orauit. **E**t ingrediē
dicit. **P**ax huic domui. & omnibus habitā
tibus in ea. q xpus mōm ingrediens pacē
inter deum & hominē fecit. **V**enit enim vt
nos deo pñi reconciliaret. **P**ost hoc dum d
letania pstratus orat p scificatione dom⁹
Nam & xps humiliatus ante passionem p
discipulis & edicturis omnib⁹ orabat dicens
Pater sanctifica eos in nomine tuo. **P**ost q
vero surrexit sine saluatione. qm non dicit
dñs vobiscum. cum ecclia nondum sit quasi
baptizata. & qui cathecumini tm sunt. non
sunt digni vt eis fiat applausus. cū nondū
sint scificati. est tñ pro eis orandum. **C**ler⁹
clamas & letania concinena aplos repñtat
qui p ecclie & animay sanctificatiōe ad deū
intercedebant. **I**n pauimento ecclie scribit
alphabetum hoc mō. **F**it enim crux de cinē
& sabulo ex transuerso ecclie. sup quā crucez
pulueris scribit alphabetū in modū crucis
litteris grecis & latinis. non aut hebraicis.
q iudei recesserunt a fide. & scribit cum ba

culo pastorali. **S**ane alphabetū sup crucez
scriptum tria repñtat. **P**rimo quidem scrip
tura ex grecis & latinis literis in modum
crucis facta repñtat diuisionem seu vñio
nem in fide vtriusq ppli iudei & gentiles p
crucem xpi factam. iux illud. **J**acob cancel
latis manibus filijs bñdixit. **I**psa vō crux
siue versus ex transuerso ecclie ductus videlz
vñus a sinistro angulo orientis in dextrū
occidentis. & alter a dextro orientis in lini
strum occidentis. significat q pplis ille qui
prius erat dexter. factus est sinister. & qui
erat in capite factus est i cauda. & econūso.
& hoc ppter crucis virtutem. **E**pus enī ab
oriēte transiēs. reliquit iudeos in sinistra
q infideles. & venit ad gentes quib⁹ licet
in occidente fuissent dat esse in dextera. & tā
dem a gentibus in dextera orientis positio
visitabit iudeos in sinistro angulo occiden
tis. quos constat deteriorē esse q prius in
uenit gentiles. **I**deo aut in obliquū & in
modum crucis & non indirectum hec litere
scribunt. q ad hanc sanctam intelligentiā
pningere non valet. qui crucis misterium nō
recipit. & xpi pcedendo passione non se edit
esse saluandum. **I**n maliuolam aniaz non
introibit sapia. & vbi xpus fundamentum
non est. supedificati non pñ. **S**ecundo scrip
tum alphabeti repñtat paginā vtriusq te
stamenti quod p crucem xpi ad impletū est
In passione nang eius velum templi scissū
est. q tunc scripte apperte sunt. & reuelata
sunt facta sanctorū. vnde ipe moriens dixit
Consumatū est. **I**n his quidem paucis lris
omnis scientia continetur. & tunc crux ex
transuerso ducit. q vñū testamentū in alio
ostinet. rota enim erat in rota. **T**ercio rep
sentat articulos fidei. **E**cclie enī pauimentū
est nre fidei fundamentū. **E**lementa ibi scrip
ta sunt fidei articuli. quibus rudes atq ne
ophiti in v. ro q iplo in ecclia erudiunt. qui
se dñt puluer em & cinerem reputare. iuxta
illud quod dixit abraaz gen. xvij. **L**oquat
ad dñm meū cum sim puluis & cinis. **S**crip
tura ergo alphabeti in pauimento. est sim
plex doctrina fidei in corde hūano **S**ambu
ca seu baculus quo alphabetum scribitur.
monstrat aplos doctrinā. vel doctoz mini
sterium. quo facta est ouertio gentiū. & pñ
cienda iudeoz. **C**onsequenē epus ad altare

accedens incipit stans. **D**eus in adiutorium meum intende. q̄ tunc demum incipit quod est in hoc officio principale. Et d̄ versus gloria patri n̄. q̄ h̄ b̄ndictio sit ad exhibendam gloriam trinitati non tñ d̄ illa put in sequenti tridicet. et consecrat altare. In qua quidem consecratione alia aq̄ benedicet. put in sequenti tridicet. Ex qua postq̄ altare septies aspersum fuerit. aspergit etiam ter inferius tota ecclia. sicut prius absq̄ aliqua differentia maiorum lapidum vel minorum. qm̄ apud deum non est acceptio personarum. Ideo interius ad notandum. q̄ exterior absolutio sine interiori nil prodest. Ideo ter qm̄ ut p̄missum est asp̄ illa significat aspersionem et mundationem baptismi qui datur b̄nficio trinitatis iux̄ illud. **N**te docete omnes gentes baptizantes eos in no. pa. et fi. s. s. quia enim ecclia non p̄t in aqua immergi sic immergitur baptizandus. Ideo ter asp̄git aqua q̄si loco trine immersionis. **R**ursus asp̄git p̄cedendo ab oriente in occidentem. et p̄ medium semel in formam crucis. q̄ x̄ps totam videam aut omnes gentes baptizari precepit in nomine trinitatis. **C**ui baptismi tribuit efficaciam in ministerio passionis incipiens a iudeis de quibus ortus est. et residuum aque ad basim altaris fundit. put in sequenti tridicet. **Q**uidam tñ aliam aquam b̄ndicunt. s̄ cum prius b̄ndicta totum officium implent. **I**ntr̄m aut cantat corus psalmum illum. **E**xurgat deus et diss. inimi. eius n̄. et illu. **Q**ui habitat in adiu. n̄. **I**n quibus sit mentio de ecclia et eius consecratione. ut patet ibi. **Q**ui habitare facit vn̄ius moris in domo episcopus vero dicit **D**omus mea domus orōnis vocabitur. q̄ eius officium est facere. ut ecclia domus dei sit nō negociationis. **H**anc crismato altari x̄ij. cruces in parietibus ecclie depicte crismant. **D**e pinguntur aut ip̄e cruces. **P**rimo p̄pter demonum terrorem. ut sc̄j demones qui inde expulsi sunt. videntes signum crucis terreat. et illic ingredi non p̄sumat. **S**ecundo p̄pter triumphi orationem. **C**ruces namq̄ sunt vexilla x̄pi et signa triumphi sui. **M**erito ergo ut ondat q̄ locus ille x̄pi dño subiugatus est. ibidem cruces depingunt. **N**am et apud impialem magnificentiam obstruatur. ut aliqua ciuitate sibi tradita imperiali vexillum in ea erigat. **E**t in huiusmodi

figuracōe di. gen. xxviij. **Q**ui iacob lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum viz in ritulum p̄conialem. memorialem. et triumphalem. **T**ercio ut eap̄ inspectores x̄pi passionem qua suam eccliam consecrauit. et passionis fidem ad memoriā reducant. **V**n̄ in canticis. **P**one me ut signaculum super brachium tuum n̄. **D**uodecim vero luminaria ante cruces ip̄as posita. significat. x̄ij ap̄los. qui p̄ fidem crucifixi totum mundum illuminauerunt. et quorū doctrina tenebre fugate sunt. **V**nde dicit b̄tus bern̄. **T**ota p̄ph̄ia vera est in fide crucifixi. et ap̄los. **N**ichil iudico me scire inter vos. nisi is̄m x̄pm et hūc crucifixum. **C**ruces igit p̄ quatuor ecclie partes illuminant et crismate inungunt. **O**m̄n̄ apli crucis misterium p̄dicantes. fide passiois x̄pi. quatuor mundi climata illuminauerunt ad cognitionem. inflamauerunt ad amorem. vixerunt ad conscientie nitorem. quod per oleum et ad bone fame odorem. quod p̄ balsamum designat. **A**dhuc post crismationem altaris ip̄m altare ecclie ornant. lampades accendunt dicit missa in qua pontifex alijs vestibus utiq̄ quā fuerit in aspersione usus. put in sequenti tridicet. **P**ost tremo notandum est q̄ ecclia d̄ in sanguine alicuius consecrati. **V**n̄ s̄m pelagium et nicolaum sp̄am in martirio ap̄loꝝ petri et pauli ecclia romana consecrata est. **C**onsecrat itaq̄ ecclia ut p̄missum est et altare put in titulo sequenti. et cimiterium ac alta. put sub ti. de consecrationibus dicit. **E**t q̄m̄q̄ legit in veteri testamento templum ter fuisse consecratum. **P**rimo in septembri. **S**ecundo in marcio sub dario. **T**ercio in decēbri sub iuda machabeo. **E**cclia tñ semel consecrata non est iterum reconsecranda. nisi fuerit execrata. quod origit. **P**rimo si fuerit combusta. ita ut pietes omnes. vel eorū maior pars fuerit destruxata. leuic. c. xiiij. p̄pe finem. **S**i enim solūmodo tectum vel aliqua eius pars pietibus integris manentib̄. vel saltem in modica parte destruxata combusta fuerit reconsecranda non est. **S**ecundo si tota ecclia aut ei⁹ maior pars simul funditus corruerit. et ex toto siue ex eisdem siue ex alijs fuerit lapidibus reparata. **C**onsecratio etenim ecclie maxime in exteriori v̄nctione. et in lapidum diuisione et dispositione consistit. **S**i v̄o non simul s̄ successiue

parietes omnes ruerint et reparati fuerint eadem censet ecclia. ideoq non reossecranda s dumtaxat cum aqua exorcizata et misse so lennitate est reconci lianda. qm q tam reco secranda quidaz scripserint sapientes. Ter tio reconsecranda est ecclia si dubiu sit. vtz aliqn fuerit consecrata. eo q sup hoc nulla sculpta nullusq etiam vnicus testis de visu vel etiam de auditu. qui vt quidam dicunt sufficeret extat. **A**ltare q semel ossecratu reconsecrand non est. nisi illud execrari con ringat. quod fit primo si mensa. i. supior ta bula in qua fit principaliter ossecratio mota vel in sui forma mutata. vel enormit. puta vltra medietate fracta sit. Enormitas tam huiusmodi iure valet ad epi arbitriu referri. Idemq maxima est si tota altaris structura mota. et reparata fuerit. ecclia tn ppter alta ris vel structure morione vel fractione reco secranda non est. q alia est altaris ossecratio et alia ecclie. Sic econuso si ecclia totaliter de struata altare non leditur ecclia ipa reparata solum. et non altare reconsecrat. quis tuc decens sit illud a qua exorcizata lauari. Con lecrato tn maiori altari. nihilominus alia minora altaria ecclie consecranda sunt quis quidam dixerunt sufficere in illius ossecratioe alia digito demonstrari. Si vero altare mo dicam exterius paciat lesionez non ob hoc est reconsecrand. **S**ecundo reconsecratur altare. si altaris sigillum. i. paruus lapis cu quo sepulcr sive foramen in quo reliqe reco dunt claudit seu sigillat motum aut scactu sit. Et sit foramen ipm qnz in sumitate sti pitis. et tunc qnz aliud sigillum non appo nitur. s principalis mensa supposita loco si gilli habet. Qnz vo sit in parte posteriori et qnz in anteriori. In quo etiam foramine in testimoniū consecrationis caute includi solent sre consecrantes epi otinentis nome eius et alioz epoz in consecratioe pntium. et in cuius san ai honorem consecrat altare et etiam ipa ecclia qn simul consecrat vtzq. annum q et diem consecratiois. **T**ercio re: consecrat altare. si iunctura qua sigillu fo: ramen vel etiam qua mensa stipiti vbi aliud sigillum q mensa ipa non est adhct mota. vel aliquis ex lapidibus ipsius iucture seu stipitis mensa vel sigillum tangens motus vel ractus sit. in iunctione etenim sigilli

et foraminis atq mensa et stipitis seu structe inferioris pcpue ossecratio intelligit. **Q**nto reconsecrat altare si ei vel iunctioni men se et structure inferioris tm fiat augmentu. q pristinam formam admittat. qm forma e esse rei. ppter modicu tn additamentu non execrat. s tunc sacrum trahit ad se non sacp dum tn iunctio mensa et structure inferio ris non multum immute. **Q**nto altare sic et ecclia ppter dubium reconsecrat. **S**exto altare viaticum si lapis de ligno in quo in sertus est. qui quodammo sigillum repntat remoueat. et in eodez vel in alio ligno itez reponat nonnulli reconsecrand. alij s solu modo reconciliand autumant. quis illud sepe iussu epi de loco ad locum transserat. et per viam portet. ppter quod portatile vl viaticum appellat. non tn ob hoc consecrat aut reconciliat. **Q**uid si calix consecratus deaurat nunquid est reconsecrandus. Et vi det q sic. qm nouus calix esse videt. nouu enim opus videt facere qui pristinam opis faciem immutat. et reficit qui rei iam faete remedium facit. siquidem ossecratio in sup ficie consistit. Et hinc est q ecclie muris de: crustatis reconsecrand esse pdixi. Conctiu tn vey est. q nec ppter muroz dealbationez aut ppter picturam. aut ppter modicu addi tamentum. ecclia reconsecranda est. vt iam dixi. **C**um enim ppter hoc calicis forma no immute. idem calix manet. quare reconse: crandus non est. sicut et eccliam reparataz. qm eadem manet reconsecranda non esse p missum est. **S**i vero forma prior immutaret secus esset. qm forma dat esse rei vt dixi. ho nestum tn est q ppter polutay manuū con tactum. cum ppter pphane materie apposi tionem calix aqua exorcizata lauet. pnti sibi sacrosanctum corpus et sanguis dñi im moletur. **P**remisso de consecratione aliq de reconciliatione dicamus. **C**irca quod notandum est. q templum spuale quod est homo qnz poluit. vnde in leuit. xiiij. **V**ir qui fluxum sanguinis patit immund2 crit et idem in muliere fluxum sanguinis men: strui vel alterius paciente. vt ibidem in. c. xv. **E**t ideo ibi polutus eccliam ingredi pro hibeat donec aqua lauret et purificaretur et nu. xliij. c. **Q**ui cadauer mortui tetige rit immundus est. **V**nde aspgat aqua et sic

lapidem
in titulu
alem. et
ores xpi
rauit. et
ant. Vn
am super
ero lumi
hicat. p
m illu:
ore fuga
ta pbia
Nichil su
pm a huc
et ecclie pie
ant. Qm
passiois
auerunt
amorem.
quod per
ad p bal
mationez
ampada
itex alijs
ne vsus.
o notand
ossecrati
m in mar
mana con
pmissum
i. a cimite
acobus
amento te
mo in sep
ario. **T**er
Ecclia
consecra:
it. **P**rimo
mncs. vel
leuit. c.
o redum
egris ma
ree destu
da non est
maior pars
sive ex
repara
exteriori
e et dispo
sue

mundabit. et propheta. **A**sperges me domine pro
re. **M**ateriale etiam templum quod est ecclesia
restante ipse gregorius. et leuiticus. c. xv. polluit. unde
propheta. **P**olluerunt templum sanctum tuum domine.
Ex hoc similiter hodie aqua lauat et recon
ciliat. **F**it enim reconciliatio cum misse cele
bratione et aque cum vino sale et cinere solē
niter benedictione asphione. **N**empe per salem di
cretio. per aquam plus. per vinum diuinitas
per cinerem passionis christi memoria. per vinum
aque immixtum. unio deitatis et humanitatis
significat. **D**ec ergo simul ponunt ad nota
dum quod plus discreti memoria passionis christi
mundatus christo adunat. **F**it etiam per episcopum
tamen si sit ecclesia consecrata. et quomodo ipso alteri
coepiscopo possit simul totum scilicet aque benedictionis
et reconciliationis. vel solum aque benedictionis
vel etiam tamen reconciliationis aqua prius per ipsum
benedicta ommittere. simplici tamen sacerdoti neu
trum ommittere valet. nisi forte hoc ex priui
legio sibi competat specialiter. **S**i vero ecclesia con
secrata non sit. debet statim secundum institutionem
gregorius. ix. aqua exorcizata lauari. quam locorum
quidam fieri posse astruunt. iussu tamen episcopi per
simplicem sacerdotem cum fieri habeat. cum
aqua exorcizata que fieri potest per quemlibet sa
cerdotem. **N**onnulli vero ex imie auctoritatis
periti scripserunt. quod et tutius est hoc du
taxat per episcopum fieri. nec per sacerdotem posse com
mitti. **N**am canones aquam exorcizataz vocant
aquam cum vino et cinere solenni benedictaz.
quod quidem verum est de ecclesia non consecrata
ad consecrandum tamen deo dedicata. **S**ecus enim
est in simplici oratorio. quod nec sacerdos nec reli
giosus locus est. utpote quod unde quisque pro velle
vbi placet ordinat saltem ad orandum. licet
forte non sine dyocesani licentia ad celebra
dum. et pro velle ad alium usum deputat lo
cum ipsum. **E**st autem ecclesia reconcilianda in
premissis canone. **I**tem propter adulterium ibi
omissum et propter confirmacionem. et generaliter
cuiuscumque semine scilicet maris et femine. clerici
vel laici. heretici vel pagani. naturaliter siue
innaturaliter. studuosi et peccandi libidine ibi
emisso fuerit polluta. etiam si vir ibi uxorem
cognoscat. quoniam licet talis concubitus sit alias
legittimus et concessus. non tamen quodlibet
tempore siue loco. quomodo multi in hoc oritur
senciant sapientes. **S**ecus autem esse dicimus.
si quis forte ibi in somnis polluat. **N**am tunc

animus magis protulisse quam fecisse declendus
est. et etiam in cuiuscumque bruti animalis se
mine ibi emisso. cum ratione caret neque pec
cet. **R**econciliat etiam propter homicidium siue
cum sanguinis effusione. siue sine. quocumque
modo studiose omissum. et etiam citra homici
dium. propter quolibet violentam et iniuriosam
humani sanguinis effusionem. siue ex vul
nere. siue absque vulnere. ex naso vel ore. nam
in veteri testamento. leuiticus. xiii. et. xv. c. prohibetur
fuit sanguinem in templum fundi et semen
emitti. et talia patientem et agentem illud
ingredi. **S**i autem absque violentia vel iniuria
ex naso vel ore vel cicatrice vel iniunctione
aut etiam ex emortuibus vel menstruo. vel
aliter naturaliter in ecclesia fluxerit. aut forte lu
do vel casu fortuito elicit. aut si quocumque
animal ibi occidit. vel quis subito per se ibi
moritur. aut lapide vel ligno cadente. aut ful
gure occidit. propter hec quidem et similia non
reconciliat. nec etiam si alibi vulnerat ad
ecclesiam confugiens. illic sanguinem multo
effuso moritur. quoniam tunc non fuit homicidium
in ecclesia perpetratum. **S**i vero econverso in ecclesia
vulneratus est moritur vel etiam est sanguis
ex vulnere fluit secus est. etiam si in ecclesia
ex vulnere sanguis minime fluxisset. quoniam
ictus vulnere attendunt. sed et si supra tectum
ecclesie sanguis effundit. aut semen humanum
emittit. quod per hoc est ecclesiam omittit non re
conciliat. **C**eterum si furtum aut rapina in
ecclesia committit de consuetudine que in talibus
attendit reconciliat. **I**demque in qualibet vi
olentia absque sanguinis effusione ibi commissa
fieri debere quidam affirmant. cum illa for
micationi equiparetur in iure ut si ad eam con
fugiens inde per violentiam extrahatur vel
ibi effractio committat. vel etiam si preter san
guinis effusionem rixa tumultuose agatur
vel si quis fracto osse vel liuore secuto absque
sanguine ibi grauiter verberet. vel ad mor
tem. vel ad mutilationem ibi partialiter con
demnatus inde extrahit. ut ad locum execu
tionis ducat. **S**ed cum casus isti non sint in
iure expressi necesse non est ecclesiam per episcopum solē
niter reconciliari honestum tamen fore putamus
per sacerdotem cum aqua exorcizata episcopi iussu
lauari. **I**demque dicendum videtur. si ecclesia diu
absque tecto et ianuis plena forte letamine.
aliisque spurcitijs animalibus et naturalibus hominum

¶ sui quasi diuersorij locus passim patuerit
nec esset forte malum eam in tali casu solen
niter per ep̄m reconciliari. **S**i aut aliquis
ex eccliam oculis mox infra eccliam infertur
occisor vero vel alius mortuū forte non cre
dens corpi adhuc calido plagam infligit ex
quo sanguis fluit reconcilianda est tū pp̄
horrorem et abominacōz. tū pp̄ violentiaz
et peccandi voluntatem. q̄uis enim homo
mortuus non sit homo humanus. tñ sang
uis eius p̄ violentiam est ibi effusus. Nam
et ipsi cadaveri violentia et horror et iniu
ria irrogant. Secus aut est si naturalit̄ mor
tuus in corpis obsequiū et honorez in ecclia
demembrez vel euiscerez. ut forte pars ibi et
partes alibi sepeliant. Reconciliat etiam
ecclia in qua infidelis. vel etiam publice ex
communicatus sepultus est. et tunc parietes
sunt abradendi. Hanc in p̄missis casibus
in quibus ecclia reconciliat. requirit ut sc̄m
reconciliationē inducens publicum saltē p̄
famam existat. scandalum enī et horroz atq̄
abominatio de turpitudine et peccato atq̄
violentia in sacro loco siue in ecclia ommissis.
vbi delictoz veniam postulat vbi esse debz
tutela refugij. v̄ p̄molat salutaris hostia p̄
peccatis. leuit. xiiij. c. Vbi etiam confugien
tes saluant. et deo laudes exoluunt reconci
liationem inducunt. et etiam p̄positum. et
voluntas mortaliter ibi peccantis. Si v̄o
occultū sit reconciliari nāe non est qm̄ ecclia
cum sancta sit coinquari non p̄. p̄mo ip̄z
loci sanctitas infamiaz loci abolet. q̄uis in
hoc quidam d̄rium sentiant ut saltē occulte
ita ut delinquentes non p̄dant sit reconcili
anda. sit tñ reconciliatio ad exemplū et ter
rorem ut viz videntes eccliam que in nullo
peccauit p̄pter peccatum alterius lauat e et
purificari existiment q̄ntum p̄pter suoz de
lictorum expitacōez sit laborandū. **C**imite
rium q̄ in quo paganus vel excommunicat
sepultus est reconciliandum est. ossibus tñ
sepulti si ab ossibus fidelium discerni potue
runt inde prius abiectis reconciliat. Etiam
in p̄missis casibus i quibus ecclia reconci
liatur. cimiterium enim eisdem priuilegijs.
quibus et ecclia gaudet. put sub ti. de vncti
onibus dicit. Nam ex quo bñdictū est sacer
locus est. et reconciliat p̄ ep̄m. sicut ecclia p̄
asperfionez aque solenniē cum vino et cinē

61
bñdicto. Illud aut notandū est q̄ in quocunq̄
parte ecclie vel cimiterij violentia vel polluti
o omittat vtrung. et etiam quelibet eoz
partes p̄pter connexitatem violare intelli
gunt hoc hodie in parte correctū est p̄ dñm
boni. de con. c. i. in vi. li. Et si enim consec
riones ecclie altaris et cimiterij sint diuerse.
oim tñ vna et eadem est emunitas que non
est ad alterz eoz tñ. vel ad alterius angulū
restringenda. quod vey si ecclia et cimiteriū
sunt conuncta. si enim vnū a reliquo distet
bene p̄ vnū sine reliquo violari. Si igit
altero eoz violato seu polluto. etiam aliud
violatum et pollutum est pari ratione. Al
tero tñ eoz reconciliato vtrq̄ intelligit re
conciliatū. qm̄ nihil tam naturale est q̄ vnū
quodq̄ eo genere dissolui quo ligatum est.
et parum est vis ligandi atq̄ soluendi. et sic
violato vel polluto cimiterio sufficit eccliaz
reconciliari. nōnulli tñ simplici assueuerāt
per vnus violationem nequaq̄ alterz vio
lari. et p̄consequens quodlibet eoz debe re
specialiter reconciliari. quibus tñ pontifica
lis libri obuiat autoritas. in qua specialis
forma reconciliacōis cimiterij non habet.
Deniq̄ si ecclia vel cimiteriū aut aliud qd
cunq̄ p̄ ep̄m excommunicatum consecrat. seu
benedicat talia reconciliatione non egent
qm̄ sacramenta a talibus in forma ecclie col
locata. vera quidem sunt ut dicit in p̄heio
iiij. partis. Verum cum sicut p̄missum est
excommunicati funus cimiterij et ecclia p̄pha
net. multo quidem magis exteriora sacram
ta et benedictiones que p̄ manus et os exco
municati transeunt. et p̄ficiunt q̄ntum ad
eoz merita ptinet contaminari. et corā deo
fetere vident. ideo honestum estq̄ reconcili
entur priusq̄ fideles talibus lacris vtant.
put sacrum canonū lectio edocet euidenē.
Aut enim dñs p̄ p̄ham. Maledicam bene
dictionibus vestris.

De altaris consecratione.

Non solum ecclia vey etiā altare
consecratur. et hoc p̄pter tria.
Primo ad sacramentū deo.
ibi offerendum gen. viij. Edificauit noe al
tare dño et tollens de cunctis volucribus et
pecoribus mundis obtulit sup altare. Hoc
aut sacramentum est corpus et sanguis xp̄i
quod in memoriā passionis dñice p̄molam?

in illud **H**oc facite in meam memoracōz
Secundo ad nomen dei ibi inuocandū.
Vnde gen. xij. **E**dificauit abraā altare deo
 qui apparuit ei. et inuocauit ibi nomē dñi.
Hec aut inuocatio que fit sup altare xpe d'
 missa **T**ercio ad cantandū. eccl. xlviij. **D**e
 die illi s inimicos potentiā. et stare fecit s
 altare cantores. et in sono eoy fecit dulces
 modulos. **S**ane hoc mō et ordine cōsecracō
 altaris fit **I**n primis nanq pontifex incipit
Deus in adiu. m. in. postmodō benedicit aq̄
 deinde m. iij. cornibus altaris configurat
 iij. cruces cum aqua bñdicta **C**onsequenter
 circuit altare septies et septies mensam alta
 ris cum aspersio de psopo aqua benedicta
 aspergit. **E**ccl. q̄ itez aspergit et aque resi
 duum ad basim altaris fundit. **D**einde in
 q̄tuor angulis sepulcri in quo reliquie recō
 di dñt q̄tuor cum crismate sunt cruces. et
 ponunt reliquie in capsella cum tribus gra
 nis thuris. et sic recondunt in sepulcro. **D**e
 inde supponit eis tabula cum signo crucis
 facte in medio confirmata. postmodū lapis
 qui mensa dñi sup altare adaptat. et aptat
 ungit cum oleo in q̄ng locis. et eodem mō
 inungit postea crismate. sicut de oleo dictū
 est. **C**onfirmat etiam altare in fronte cruce
 crismatis. et ad olei incensum in q̄ng locis
Post hoc altate tegit. et mundis pannis in
 duitur. et demū sup illud sacrificiū celebrat
Nunc seriatim singula pmissa psequamur
Primo igit notandū est q̄ altare crisma
 tis vnctioe et benedictioe inueniente cō
 secrat. et lapideum solum. vñ pontifex stās
 incipit. **D**eus in adiu. m. in. q̄ ipse dñs ait.
 Sine me nihil potestis facere. et q̄ hec dedi
 catio significat baptizādos. qui pcepta fide
 ad pugnā se pparant. et qui adhuc sunt in
 suspiciā et incerta misericordie constituti. iō
 non dicūt alleluia. qui enim baptizati non
 sunt. laudibus angeloy digni non sunt vñ
 thob. penl. **E**t in plateis eius alleluia can
 ratur. **P**ost completam vero ecclie vel al
 taris consecracōz cantat alleluia. qm̄ exclusa
 demonum fantasia deus ibi laudabit. **N**az.
 et xps ad aram crucis accedens. et ad trini
 tatis gloriam manifestandā mortē soluit h̄
 alleluia dumtaxat post resurrectōz cantauit
Secundo cum aque bñdictioe notandū
 est q̄ huius aque exorcizatio fit ad effuzan

dum inde inimicū. **I**n qua bñdictioe q̄tuor
 sunt nōcia. viz aqua vinum sal et cinis. **E**t
 hoc ppter tria. **P**rimo qm̄ q̄tuor sunt q̄ ini
 micum expellunt. **P**rimum est lacrimarum
 effusio que p aquam. **S**cōm est spūalis ex
 ultatio que p vinum. **T**ercū matura di
 sceritio que p sal. **Q**uartum p̄funda humi
 litas. que p cinem significat. **A**qua igit est
 pñia. vinum mentis exultatio. sal sapiētia.
 sicut in precedenti ti. p̄batum est. cinis pe
 nitentie humilitas. **V**nde de niuuitis di
 q̄ rex ipse surrexit de solio suo. et indutus est
 sacco. et sedit in cinere. **V**inc et dauid inq̄
 q̄ cinem tanq̄ panem manducabā. **V**inc et
 abraam. **L**oquat inquit ad dñm meū cum
 sim puluis et cinis **S**ecundo mō aqua ē
 p̄plus seu hūanitas. q̄ aque multe p̄li mul
 ti. vinum deitas. sal doctrina diuine legis
 que est sal federis. **C**inis qui consumat me
 moriam dñice passionis. vinū aque mixtū
 xpus deus et homo. p fidem enim dñice pas
 sionis que doctrina diuine legis habetur.
 p̄plus p aquam signatus p fidei vniōz con
 iungit capiti suo deo et homi **T**ercio mō
 potest dici q̄ hec aqua benedicta sp̄m̄ sc̄m
 significat. sine cuius flatione nihil vnq̄ sig
 nificat. et sine cuius grā non fit remissio pec
 catoy. **Q** spūsanctus aqua vocet. ip̄a veri
 tas oñdit dicens. **Q**ui credit in me flumia
 de ventre eius fluent aque viue. quod euā
 gelista exponens dixit. **H**oc autē dixit de
 spūsancto q̄ accepturi credentes in eum. **E**t
 nota ordinem sacramenti exterius aq̄. inte
 rius spiritu ecclia cōsecrat. hoc est enī quod
 dñs ait. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua et
 spūsancto cū Ecce aqua ecce spūs **I**n baptis
 matis enī sacramento nec aqua sine spiritu
 nec spūs est sine aqua. qd̄ quidem ip̄e sp̄i
 tus sanctificabat. qui in p̄ma mōi catione
 ferebat sup aquas. **H**ac ergo aqua et ip̄m
 altare et totum interius templum. qm̄ illud
 simul et altare dedicanē aspergit. **L**icet i
 spūs et aqua ad baptismi et consecrationis
 ecclie p̄fectionez. sufficēt tñ sancti p̄res qui
 hoc constituerunt voluerunt nobis satisfa
 cere. non solum in his que ad virtutē verū
 etiam in his que ad sanctificacōz pertinent
 sacramenti **I**deoq̄ apposuerunt sales. vi
 num. oleum. cinerem. et crisma. **N**on enim
 crisma vel oleū habuit philipp̄ qm̄ eunuchū

lap...
 ale no...
 qui est...
 nificat...
 tang...
 dem m...
 De...
 in sale...
 q̄ntun...
 O...
 intell...
 equan...
 non fu...
 p̄p̄m...
 beatio...
 asper...
 tam nā...
 remiss...
 baptis...
 eator...
 m. cō...
 gēio...
 gioner...
 rumill...
 goner...
 dicit...
 em...
 cam...
 a vn...
 p̄ntat...
 ad alt...
 deum...
 bus q̄...
 Dilig...
 mione...
 in q̄t...
 xpus p...
 Secun...
 modis...
 de per...
 corpe...
 impres...
 fiat p...
 subig...
 teme...
 est; circ...
 p̄ omib...
 hie que...
 natus...
 autaty...

baptizauit. ac. viij. c. **A**ltey ergo horū de
 esse non dz & simul omiseri dnt qz ppls dei
 qui est ecia sine his simul iunctis neqz sanc
 tificat. neqz a peccatis soluit. **D**e hoc etiam
 tangei sub ti. de consecra. **D**e aqua qui
 dem manifestū est qz n̄ quis renat⁹ fuerit ac
De sale etiam. qz sine fidei cōdimento qd
 in sale significat. nemo vnqz saluari poterit
 q̄ntuncunqz aqua baptismatis aspergatur
De uino qz per qd spūalia diuine legis
 intelligētia designat. **V**nde dñs in nuptijs
 aquam in uinū conuertit. **S**iquis aspersus
 non fuerit. u. quicunqz de eo non biberit vel
 ppinantibus non crediderit ad uite eterne
 beatitudinē non perueniet. **C**inensis etiā
 aspersio p quam pnie humilitas intelligit
 tam nācia est. ut sine ea non fiat in adultis
 remissio peccatorū. p ipam enim uenit ad
 baptismū. et ipa est singulare refugium pec
 catoribus post baptismū. **V**nde et non im
 merito baptism⁹ uocat dicente dño in euā
 gelio de Iohanne. qz uenit in uniuersam re
 gionem galilee pdicans baptismum pnie et
 remissionem peccatorū. **E**t nota. iij. esse
 genera aque bñdite. **D**e qua in parte q̄rta
 dicit sub ti. de aq̄ benedite asp̄sione. **H**is
 omnibus permixtis pontifex q̄tuor cruces
 cum aqua ipa in q̄tuor cornibus altaris.
 et unam in medio facit. **Q**uatuor cruces re
 p̄ntant q̄druplicem caritatem quam hi qui
 ad altare accedunt h̄re dnt. scz ut diligent
 deum. seipos. amicos et inimicos. **D**e qui
 bus q̄tuor cornib⁹ caritatis di⁹ gen. xxviij
Olataberis ad orientem et occidentē septē
 trionem et meridiem. **E**t ideo q̄tuor cruces
 in q̄tuor cornibus hunt ad designandū qz
 xp̄us p crucem q̄tuor mundi pres saluauit
Secundo hunt ad significandū qz q̄tuor
 modis crucem dñi portare debem⁹ scz in cor
 de per meditationē. in ore p confessionē. in
 corpe per mortificacōz. et in facie p assiduaz
 impressionē. **C**ruy in medio altaris signi
 ficat passionem. quam xp̄us in medio terre
 subiit. per quā opatus est salutes in medio
 terre. u. in irlm. **D**einde septies altare pon
 tifex circuit. **P**rimo ad significandū qz ip̄e dz
 p omnibus curaz impendere et uigilantiā
 h̄re que p circuitum designat. vñ tunc can
 tatur. **I**nueniunt me uigiles qui circuebat
 ciuitatez. **D**ebet enim solcite uigilare sup

gzezes sibi omisso. **N**am ut ait gilbertus
 ridiculosa res est speculator cec⁹. p̄cursor
 claudus. prelat⁹ negligens. doct⁹ insipi
 dus. et prece mutus. **S**ecundo septen⁹ cir
 cuitus circa altare significat viij. meditacō
 nes quas circa septemplex uirtutē humi
 litatis xp̄i h̄re debemus et per ipas circuire
 frequen⁹. **P**rima uirtus est qz de diuite fac
 tus est paup. **S**ecunda qz in p̄sep̄io positus.
Tercia qz parentibus subditus. **Q**uarta qz
 sub manu serui caput inclinauit. **Q**inta qz
 discipulum furē et pditorem sustinuit. **S**ex
 qz ante iniquum iudicem mansuetus stetit.
Septima qz p cruci figentibus clementer
 orauit. **T**ercio per viij. circuitus viij. uic
 xp̄i significant. **P**rima fuit de celo in uerū
Secunda de uero in p̄sep̄ium. **T**ercia de p̄
 sep̄io in mōm. **Q**uarta de mōm in patibulū
Quinta de patibulo in sepulcrū. **S**ex de se
 pulcro in limbum. **S**eptima de limbo in ce
 lum. **C**onsequen⁹ ep̄s aspergit altare. qd
 aut altare in templo significet. ap̄lus dicit
Templum enī dei sanctū est quod estis uos
Si ergo templum dei sumus. altare n̄m ē
 cor n̄m. **H**oc enim est cor in homine quod
 altare in templo. **I**n hoc altari fit sacrificiū
 laudis et iubilationis. iux illud ps̄. **S**acri
 ficiū deo sp̄s contribu. **I**n hoc altari fit
 commemoratio corpis et sanguinis xp̄i. **H**inc
 p̄ces ad celum ascendunt. qz ad cor respicit
 deus. **H**oc igit altare aqua aspergit q̄ corda
 hoīm per euangelicā pdicationē a peccatis
 mundant. **N**am et pdicatio aqua est. iux
 illud. **O**mnes sicientes uenite ad aq̄s. **H**ac
 igitur aqua. et euangelicā pdicacōe et sc̄i spi
 ritus sanctificatione altare cordis et totus
 homo mundat et sanctificat. **C**onsecratur
 etiam altare eccl̄is p oceptum timoris. ut
 inciat ad bonum et p affectum amoris. ut
 confirmet in melius. **N**am initiū sapientie
 timor dñi. **S**epties aut altare aqua aspergit
 ad notandum qz in baptismo viij. dona spi
 ritus sancti attribuunt. **P**er hoc etiaz h̄gat.
 qz h̄re debemus memoriā dñice passionis.
Septem namqz aque asperisionis. sunt septē
 sanguinis xp̄i effusiones. **P**rima fuit in cir
 cumcisione. **S**ecunda in orone. q̄ sudor ei⁹
 fuit sicut gutte sanguinis. **T**ercia in corpis
 flagellatiōe. **Q**uarta in capitis coronacōe.
Quinta in manuum p̄foratione. **S**exta in

491

pedum cruci affixione. **S**eptima in lateris
 appertione. **Q**uidam vero ter aspgunt.
 q̄ in sancte trinitaris nomine baptizat. vel
 q̄ eāia a peccatis cogitationis. locutionis.
 & operis emundat. vnde & tunc. **M**iserere
 mei di. **F**iunt insup huiusmodi asp̄siones
 & cum aspersorio de p̄sopo facto. p̄ quā her
 bam que humilis est x̄pi humilitas ōgrue
 designat. q̄m̄ p̄dicte sanguinis effusiones
 facte fuerunt cum p̄sopo humilitatis x̄pi &
 inextinguibilis caritatis. quo aspersa eāia
 catholica munda n̄c. **D**ec etiaz herba nata
 liter crescit in petra. **E**t huilitas nature d̄uit
 in x̄po petra. naz iux̄ aplm̄. **P**etra aut̄ erat
 x̄pus. **C**alide etiam nate est & x̄pi huilitas
 corda frigida ad exercenda opera caritatis
 accendit. **I**tem eius radices saxa penetrant
 & huilitas duricias abstinentie cōfringit.
Valeat ad peccūs & t̄ tumores. & hic sup̄bie
 tumorem sanat. **I**tem illa nascit̄ & renascit̄
 & radicat̄ in terra. **V**nde & si p̄ eam tota fide
 lium multitudo intelligi possit. p̄cipue t̄n̄
 illi p̄ p̄sopum figurant̄. qui in x̄pi fide radi
 cati & fundati ab eius amore euelli & sepa
 rari non p̄nt. per quos quidā meliōq̄ ep̄os
 & p̄s̄bros intelligere possumus. qui q̄nto
 maiore in eāia optinent dignitatē. tanto
 firmitus x̄pi fidei inherē d̄nt. **P**er hos si q̄
 dem sp̄rgit̄ aqua. **P**er hos & ab his bapti
 zant̄ x̄pi fideles. **N**is datum p̄ficere baptis
 matis sacramenta. **D**um vero altare aqua
 aspgit̄ ep̄s cantat. **D**omus mea dom̄ c̄ro
 nis est n̄c. **E**t itez. **N**arrabo nomen tuū fra
 tribus meis. & q̄ sine deo nullum opus p̄
 ficitur. in consumatione orat. ut exaudiant̄
 ingredientiē ibi b̄n̄ficia petitori. **C**onsequē
 ter q̄n̄ eāia simul & altare consecrant̄. tota
 eāia aqua illa aspgit̄. put̄ in p̄cedenti t̄i.
 tactum fuit. **Q**uo pacto pontifex ad altare
 cum p̄s. accedit. & residuum aque infundit̄
 ad basim altaris. sicut i veteri test. residuū
 sanguis effundebat̄ ad ep̄idinem quod idē
 est q̄ basis. p̄ quod significat̄ q̄ residuum
 quod excedit vires humanas in tanto sac̄
 mento deo ōmendat̄ qui est s̄mus sac̄dosi.
 cuius est alioz sacerdotū sup̄plere defectum.
Sepulcr̄ vero siue foramen in quo reli
 quie recondi d̄nt. significat̄ vrnā auream.
 plenam māna que in arca testimonij posita
 erat. put̄ sub t̄i. de altari dictum est. **S**iqui

dem sepulcr̄ huius q̄d a quib̄sdaz confessio
 nuncupat̄ est cor n̄m. quod q̄tuor crucib̄
 de crismate factis consecrat̄. q̄ q̄tuor sunt
 virtutes in li. sapie descripte. scz prudentia
 fortitudo. temperantia. & iusticia. quibus
 cor n̄m q̄i inungit̄. dum ad suscipienda se
 cretoz celestium misteria per donū sc̄isp̄s
 p̄parat̄. **E**t aut̄ sepulcr̄ hoc q̄n̄q̄ ex superiori
 parte altaris. & q̄n̄q̄ ex latee anteriori. **S**a
 ne sine sanctoz reliquijs aut̄ vbi ille haberi
 non p̄nt sine corpe x̄pi. non fit ōsecratio al
 taris h̄xi. h̄ viatici vel portatilis sic. **R**eliq̄e
 siquidem sunt exempla vtriq̄q̄ testa. autori
 tates. passionis n̄m. & vita confessor. q̄
 nobis sunt ad imitatioz relicta. **D**ec in cap
 sa recendimus cum imitar̄ ea in corde re
 tinemus. q̄ si audimus & intelligimus. &
 opera non facimus. magis ē ad d̄nationē
 q̄ ad salutem. q̄ non auditores legis iusti
 sunt apud deum h̄ factores t̄m. **V**nde ap̄lus
 dicit. **I**mitatores mei estote sicut & ego x̄pi.
Solennis vero reliquiaȳ deportatio fit. ad
 imitationem eius. q̄d sicut legit̄ in exo. **I**n
 arca testamēti erant duo circuli aurei. totū
 lignum penetrātes & eos v̄ctes de lignis
 sechin deaurati immittebant̄. quibus arca
 ferebat̄. & p̄riq̄q̄ pontifex intret eāiam cic
 cuit eam cum reliquijs. vt sint illius eāie
 p̄cedores. legit̄ q̄ iij. **R**. vig. c. **Q**u in tem
 pli dedicatione congregati sunt omnes ma
 iores natu isrl̄ cū p̄ncipibus tribuū & du
 ces familiaȳ ad regem salomonem in ierlm̄
 vt defenderent arcam federis d̄ni. venerūq̄
 cuncti senes de israhel. sacerdotes aut̄ intu
 lerunt arcam federis d̄ni in locum suum in
 oraculum templi in sancta sanctorū subter
 alas cherubim. **S**iquidem cherubin exp̄a
 debant alas sup̄ locum arce. & p̄tegebant
 illam. & v̄ctes eiz. **R**ex aut̄ salomon & ois
 multitudo israhel que ad eum conuenerant
 gradiebat̄ cum illo ante arcam. **I**n cuius q̄
 dem rei testimoniū prelati magnates & ppli
 alicuius p̄uintie hodie oueniunt ad eāiaz
 dedicationē sequunt̄ p̄cessionaliē consecrā
 tem. & reliquie p̄ sacerdotes sub papilione
 seu v̄braculo solenniē deportāt̄. **D**eind̄
 pontifex p̄riusq̄ eāiam cum illis ingrediat̄
 h̄monē facit ad pplm̄. **N**am & salomon arca
 deportata ouertit faciem suam & benedixit
 omni eāie israhel. & pro orantibus in eāia

erant
 me sal
 legi
 dicit
 q̄ ece
 tris
 retine
 vn̄ m
 ex fide
 p̄o h̄
 natur
 cis ex
 intell
 ritas
 secula
 la ergo
 vil q̄ p̄
 que op
 bulat
 dei di
 sancti
 la fin
 cri. h̄
 lapis
 ratur
 rite
 h̄ p̄
 ut
 tra
 So
 rari
 rio e
 No
 fere
 et im
 quō
 p̄den
 sumo
 quden
 Dani
 sine m
 p̄ter
 v̄l ser
 mont
 De q̄
 buer
 q̄n̄ p̄
 tunc
 nos h̄
 Ep̄ita

